



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Institutiones Canonicæ Sive Ius Ecclesiasticvm**

**Wiestner, Jacob**

**Monachii, 1705**

Titulus XXIII. De Officio Archidiaconi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62620](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62620)



## TITVLVS XXIII.

## De Officio Archidiaconi.

## SUMMARIUM.

1. Ratio ordinis.
2. Archidiaconi etymon,
3. Dignitas & Potestas ei de communi,
4. Et speciali Jure competens.
5. Excommunicandi potestatem, à Ju-  
re non concessam,
6. Et tribuit Confuetudo :
7. Ex qua ejus Officium varium est,
8. Pro Provinciarum & diocesum va-  
rietate,
9. Differentia inter eum & Vicarium  
generalem.

**A**D finem perductis Ordinando-  
rum præficiendorumque qua-  
litatibus & impedimentis, Gre-  
goriana compilatio nos ducit  
ad declarandas quasdam Dignitates & Of-  
ficia Ecclesiastica, annexam habentia ju-  
risdictionem & administrationem Epis-  
copali inferiorem : quæ inter primum  
& huic proximum locum obtinet Archi-  
diaconus, teste Innocentio III. in c. Ad-  
hac 7.

2. Est enim Archidiaconus, si nominis  
etymon speiemus, sic dictus; quod pri-  
mus & quasi Princeps sit Diaconorum,  
& in Ecclesia Cathedrali, spectato Jure,  
sicut dignitate, sic etiam potestate ex-  
cellat post Episcopum: cuius, quia sol-  
licitudinem in Foro externo gerit, Ocu-  
lus & Vicarius vocatur, c. i. & c. Ad-  
hac cit. Neque id iminerit; cum ejus

Jurisdictioni non solum diaconi, sed  
presbyteri quoque & Archipresbyter i-  
pse, can. Perlecius 1. §. Archipresbyter  
diss. 25. verbō, clerus secularis totus,  
tam intra quam extra civitatem Episco-  
palem existens, sit subjectus, cc. cite  
ad eumque pertineat visitatio Dioce-  
sis, c. Mandamus 6. conservatio, restau-  
ratioque Ecclesiarum, & generalis custo-  
dia sacrorum vasorum atque Ecclesiastici  
thesauri, c. 1. & c. Ea qua 3. examen &  
præsentatio Ordinandorum, c. Ut nofrun  
g. ipsiusque sit autoritate Episcopali Ab-  
bates & Abbatis aliasque beneficiarios  
immittere in corporalem possessionem, c.  
cit. ei demum etiam committi solet in  
stitutione destitutioque, c. Adhac cit.

3.

Neque de missione in possessionem  
dictis adversatur, c. Licet 28. de Præb.  
in 6. quod hæc, præsertim in beneficia  
curata, Episcopo adfruuntur, ut sine ipso  
fieri non possit; quia textus iste intelligi-  
gendum non est de ipsa ejusmodi in pos-  
sessionem corporalem missionis execu-  
tione, Archidiacono attributa, c. Ut no-  
frum cit. sed de decreto sive sententia,  
quæ clericum institutum in eam mittendū  
decernitur aut pronuntiatur, Co-  
varruv. Lib. 3. var. cap. 16. n. 7. V.  
Tertius & Barbola in c. Adhac cit. n. 6.

Etsi vero Archidiaconus de Jure to-  
tius cleri curam habeat, ipsi tamen sine  
mandato & commissione speciali non  
competit institutio, quæ dicitur Au-  
thori-

4.

B b b 3

thorizabilis; ac proinde sine ejusmodi mandato non potest alicui committere censuram animarum, e. *Cum satis 4.* facultas dandi literas Commissariatias vel Dimissorias, e. *Significasti 8.* jurisdictione in Regularibus & Monasteria, etiam non *g.* exempta à Jurisdictione Episcopali, e. *fin.* & denique sententias excommunicationis aliasque censuras ferendi & promulgandi potestas: nisi hæc ab Episcopo ipsi confitatur, ut colligitur ex can. *Nullus 16. q. 7. §.* Archidiaconus post can. *Si quis 2. can. fin. disp. 94. & e. Archidiaconus 5. & e. fin. bīc exp̄resē habetur.*

Obstatore his, & excommunicandi etiam potestas, e. *Dudum 24. de Elelēt.* e. *Referente 7. de Prēbend. c. 1. De eo,* qui furtivè & c. *Romana 5. de Sent. excommunicat, in 6.* ipsi tribui, & confirmari videtur ratione; quia ex una, Archidiaconus est Episcopi Vicarius, e. *I.* siueque dignitati annexam habet curam animarum, e. *Cum in cunctis 7. §. Inferiora de Elelēt.* & fori externi jurisdictionem in alios clericos; ut eorum iuria audire, five lites & controversias cognoscere & per sententiam valeat definire, e. *... c. Adhac 7. hāc Rubr. c. Praesentata 30. de Testib⁹ & c. Quoniam 2. Ne Prelati vices,* & clericos propter excessus commissios punire possit, e. *Clericis 7. de vita & honestat.* Ex altera verò parte jurisdictione Fori externi, ne enervis & elusoria sit, coercitionem & contumaces competendit, ac proinde in judge Ecclesiastico censuras ferendi potestatem exigat, e. *1. & c. Praterea 5. de Officio deleg.* quia jurisdictione, five à Jure five ab homine alicui concessâ, omnia quæ ad ipsius usum necessaria sunt, concessa presumuntur, e. *Praterea cit. & 1. Cuī jurisdictione 2. ff. de Jurisdict.* atque hæc ratio & Juris allegationes apud Tholosan. *Syntag. lib. 1. s. cap. 20. n. 6.* tan-

tum potuerunt, ut censuras ferendi, testatem Archidiaconis de Jure competere, omnino exitimaret.

Sed melius Azor p. 2. *Instit. lib. 3. cap. 14. q. 2. V. Atque bac & Bartola de Canon. & Dignit. cap. 5. n. 29.* eam potestatem ex sui officii institutione fac commissione Episcopi ipsi competeret, agant; cum propter textus supra praetim, e. *Archidiaconis cit. tūm ven;* quod Archidiaconus ex primâ officiâ institutione tantum habeat ministerium, rerumque Ecclesiasticarum curam & administrationem, can. 1. §. *Archidiaconus disp. 25.* curam autem animarum & fori externi jurisdictionem non exercitat, neque cognoverit de causis & promulgat sententias censoriarum, præcipue excommunications, nisi ex commissione & vice Episcopi, e. *1. cit. ibi.* *Ad vicem sui Episcopi & §. Archidiaconus cit. ibi, Cum iussione Episcopi.* Cujus proprius muero excommunicatio vocatur, can. *Vijis in fine 16. q. 2.*

Neque contrarium evincent depli, allati textus & ratio; quia de causis cognoscendi, & præteritum excommunicandi potestatem, quæ ipsi ex Archidiaconatus institutione de jure communi non competit, progressu temporis in Romana primum, deinde in aliis Ecclesiis sibi vindicare ceperunt, & tandem obtinuerunt vi confuetudinis vel potius præscriptionis. *Barbosa cit. n. 13. Successor de Censur. disp. 2. s. 2. n. 9. Lamen in e. Archidiaconus cit. in fin. & Palio Tract. 29. disp. 1. p. 4. n. 2.* Vi coepit eam Senonensi, e. *fin. cit. Rhemensi, & Romana cit. Rothomagensi, e. Postribili 7. de Sent. excommunicat. in 6. Conventrensi, e. Licer 3. de Pani & alias Archidiaconis cum tempore competitivitatem, notat Gonzalez in e. *Archidiaceus cit. n. 6. & ipiam cum aliis jurisdictionis 4. de.**

nis actibus & animarum cura competere posse, res apud DD. est omnino indubitate.

7. Ipsi etiam Confuetudo, quæ ut Sylvester monet, hac in re præcipue attendenda est, Archidiaconi dignitatem, officium & potestatem admodum variauit; sic enim quantumvis de Jure communis; quod propter ministerium semper adhæreat Episcopo, isto inferioribus clericis omnibus atque ipso etiam Archipresbytero major sit, can. 1. §. Archipresbyter dicitur 25. c. Adhuc cit. in Paduana tamen civitate & Taurinensi Ecclesia ei Archipresbyter prefertur, ut cum Tuscho Pratic. V. Archidiaconus conclus. 482. n. 28. & 29. advertit Barbosa cap. cit. n. 40. In Hispania tota nullus hodie Archidiaconus est, qui obtinet omnem potestatem, à Jure communis ipsi concessam, testibus Zerola in Praxi V. Archidiaconus cit. Barbosa n. 8. qui propterea in ea cesare ait Decretum Tridentini, in Archidiaconis gradum Doctoratus vel Licentia in Theologia vel Jure Canonico exigentis, Seff. 24. cap. 12. de Ref. In ejusdem Regni pluribus Ecclesiis plures, & in Toletana sex Archidiaconi sunt, teste Azor cit. cap. 14. q. 7. Parisiis Archidiaconus, etsi in dignitate constitutus sit, nullam: In Belgii novis præsertim & angustioris districtu Episcopatibus autoritatem nonnihil diminutam: contra in latè extensis Diocesibus valde amplam potestatem habet, teste Zypao Analyt. cit. de Officio Archidiae. V. Denique; sic enim in diocesi Leodiensi plures Archidiaconi eam, in certos districtus distributam, gubernant. In Germania reliqua Ecclesiis quibusdam (& Parisiensi, teste cit. Tuscho n. 3.) Archidiaconus quidem dignitatem & inter canonicos præminentiam, sed jurisdictionem omnino nullam, vel

in solos clericos & Ecclesiastis Civitatis Episcopalis, aut certi districtus huic adiacentis exercendam habet, ut videre est in Synodo Augustana sub Ottone S. R. E. Cardinale & Episcopo celebrata cap. 7. & Laiman in c. fin. n. 1. observat. Alicubi, ut in Archidiœcœsi Salisburgensi Archidiaconatus annexi sunt Abbatis & Präposituris Regularibus; quarum Praelati de matrimonialibus aliisque causis Ecclesiasticis in prima instantia cognoscunt, Engel ad banc Rubr. n. 4. alibi nullus est Archidiaconus, sed ejus officium obeunt Archipresbyter vel Decanus Cathedralis, & præsertim Vicarius generalis sive, ut in Jure non raro & Curia Romana stylò vocatur, Officialis, Laiman in c. 1. cit. n. 2.

Est tamen inter Archidiaconum & Vicarium generalem, sive Officialem, etsi vices Episcopi in Foro externo & contentioso uterque gerat, differentia non una; etsi enim tam Archidiaconatus, quam ejusmodi Vicariatus dignitas sit: &, sicut Vicarius, sic etiam Archidiaconus Episcopi vices in foro contentioso, salem ex confuetudine gerat; iste tamen in primis Vicarius Episcopi Natus & perpetuus: ille vero Datus & solummodo temporalis est; quia Archidiaconatus confertur in titulum eique officium vicarii annexum est à Jure: Officialis autem Vicariatum accipit ab homine scilicet ab Episcopo, & non in titulum; indequod ad istius libitum auferri potest, Panormit, consil. 21. n. 1. & Barbosa cit. cap. 5. n. 36. & Laiman in c. 1. cit. n. 3.

Deinde jurisdictione Ordinaria illius directe & in specie à Jure seu Canone vel

huic aequivalente Consuetudine: indirecte vero ab homine sive Episcopo insti-

tuentem vel confirmante descendit: istius autem directe provenit ab Episcopo, in-

directe autem solum à Canone, quatenus Jus

nus Jus Ecclesiasticum concedit facultatem officium suum ordinariū alteri committendi: licet alius iudex inferior jurisdictionem suam Ordinariam alteri committere non possit, per tradita à DD. in l. Qui neque 81. ff. de Judicis Maranta de Ord. Jud. p. 4 n. 52. Denique Archidiaconus, licet Episcopo subordinata, propriam tamen jurisdictionem & ab Episcopali distinctum tribunal habet; ideoque ab ipso ad Episcopum appellari potest, c. Referente 7. de Prabend. sicut

à Principum vicariis & Urbium praefectis ad Principem appellatur, Glosa in l. C. De officio Vicarij: et si ad Episcopum appellari nequeat à Vicario generali, c. Non putamus 2. de Consuet. in 6. quod hujus jurisdictionis ab Episcopali indistincta, & consistorium seu tribunal utrumque idem est, c. Romana 3. pr. de appet. in 6. Panormit. l. cit. n. 2. Thesaurus conclus. cit. n. 20. & Laimannus cit. n. 3.



## TITULUS XXIV.

### De Officio Archipresbyteri.

#### S U M M A R I U M .

1. Hic minor Archidiacono, & vel Urbanus est vel Ruralis.
2. Urbanus obtinet dignitatem.
3. Ejus officium & potestas,
4. Consuetudine passim immutata.
5. Ruralis nec dignitatem,
6. Nec fori externi jurisdictionem habet:
7. Nisi ex commissione vel alio jure speciali.

**A**rchipresbyter, si dictus, quod reliquis Presbyteris in his, quae Sacerdotalis officii sunt, quasi quidam Princeps cum imperio praedit: qui, licet honore, dignitate & jurisdictione Archidiacono minor, quin ei subjectus sit, can. 1. §. Archipresbyter dist. 25. & c. Adbac 7. de Officio Archidiaconi, illò tamen major est Ordine

& Consecratione: & Natus, hoc est Jure datus Episcopi Vicarius in solle celebratione Missarum, in incunctione Officii, dandaque in eo Benedictione & in foro Penitentiali, prout definitur ex cit. & c. 1. junctâ Glosâ P. Salvi esse Tusculus Practic. V. Archidiaconus conclus. 482. n. 12. & Barbofa de Can. & Dignit. cap. 5. n. 42. ubi tamen utrumque excipiendum censent Archidiaconum in Presbyteratus Ordine constitutum: cum enim talis Ordine par, dignitate & potestate maior sit, Archipresbyter etiam in Divinorum celebratione praecedet: nisi aliud exigat Conuento vel iudicium Jus speciale.

Est autem Archipresbyter, secundum Hostiens. in Summa bte n. 1. duplex unus Urbanus, alter Ruralis, Urbanus siue Civitaten sis dicitur, qui praefectus presbyteris in civitate Episcopali, & Decanis Ecclesiae Cathedralis vel Collegiata, Barbara JW.